

zelotypia adduxit illum ad violentia, & furoris excessum, & insinavit illi contra Sanctum Sanctorum odium interfectionem. Audist Regem, quem timebat, luturum e domo David: ut igitur non sibi effet, cur illum timeret, vel ut illum ex viventi numero exturbaret; horribile inquit consilium omnem Davidis progeniem exterminandi. Frustra ostenditur illi, eum, quem perdere vult, esse Messiam a Prophetis promissum, qui Salvatorus est, ac Redempturus Israel: ille abrenuaciat potius redemptionis Israel, quam suæ utilitati; & quod carere Salvatore, quam competitore. Tancum abest, & movet se preparat ad Mesiam recipiendum; & percipiendum fructum ex ejus adventu; ut illius moliatu illum natum esse, & ad illum detegendum nequitia utitur, & caliditate. Simulat se velle adorare illum, ut eum tutius innolet felicitati suæ, & ut fiat homicida; hypocritum præ se fert. Cum videt se a Magis illudum, & de spe dejectum, personam abicit, irascitur, & humanitati oblitus, ut voti compos fiat, jubet in Bethleem, & subis ejus omnes pueros a bimatu, & infra jugalati, & dummodo nutantem in capite suo coronam confirmet, nullo habet in discrimine regionem illam misera caede fodere. *Idem.*

JESU CHRISTUS universo mundo ostendit, quam vana, & inutilis sit Mundi sapientia. Frustra Herodes Judæorum Regem inquit; neque enim unquam inveniet; frustra cum Magis dissimulat, ut redeuntibus sibi quæ videbant, recelerat; Magi aliam corripit viam, & Jerusalem non revertitur. Frustra jugulat omnes pueros in finibus Bethleem; ille, quem querit, ex tanta caede evadet incolumis. Pro uno mille interficitur, & unus ille, quem in tanta caede querit involvere, effugiet. Quare? Quia scriptum est, non est prudentia, non est consilium contra Deum. (*Berolus, 21.*) Ita Fideles, quin de Herode loquuntur, Mundi scdator cum aberta sapientia sua nunquam pervenit, neque ad propositum sibi finem pervenit; si enim propoferit se felicem futurum, nunquam erit. Dives erit, si vis, honoribus cumulatus, sed secundum principia, & regulas pseudo prudentie suæ, eam, quam petit, felicitatem nunquam allaqueat. Hinc ejus sapientia non est amplius sapientia, quia illum non potest amplius ad optatum finem perducere. *Idem.*

Jure optimo Tertullianus ait, iudicium esse difficile, utrum indignus sit Majestate Dei nasci tamquam mancipium in præsepio, an mori, ut nocentem in cruce; sed quemadmodum Pater Æternus obliteravit crucis ignominiam in morte JESU CHRISTI per gloriam suæ resurrectionis, novitatem natiuitatis per Regum adorationem attollit, hunc in Cælo Sydas creat, quod in ipsis etiam orientis oris annunciat Regem Regum natum in Bethleem. Sed eodem tempore, quo glorificat Filium suum, illuminat homines, trahens Magos ad pedes JESU CHRISTI nascens, & gentes omnes ad Christianam evocat Religionem. *In speculativa sermon. Tom. 1. Dominicalis pro die Epiphaniæ, synopsis prima.*

JESUS CHRISTUS, qui Sol est gratiæ, & gloriæ, vix prodit, cum Divina effundit lumina sua in Mundum, licet tectus sit nubibus nostræ humanitatis in præsepio. Noyum Sydas nitescere jubet in Cælo, ejus claritas peperit fidem Gentium. S. Augustinus ait, dans initium fidei Magorum: Ab hoc luce inchoata est fides gentium. S. Bernardus inquit, Cælestis hoc lumen transiisse ab oculis eorum ad mentes, & JESU CHRISTI gratiam illos intrinsecus illustrantem per hoc astrum mylticum aperuisse illis Mylticum incarnationis suæ, & natiuitatis. Qui per stellam sois adventi, intus intravit, Patres mirabilem hanc stellam respiciant tamquam discretam linguam Cæli Dei miracula enarrantem, & S. Paulus nos docet, visibilia esse veluti tot gradus, per quos ascendere possumus ad cognitionem invisibilium (*ad Hebr. c. 11.*); sed omnia naturæ miracula nequeant mentem atterere ad cognitionem Mylticiorum Religionis; unicum divinæ revelationis lumen illa potest hominibus aperire. Deus revelavit illa Judæis per vocem Prophetarum; illos sequentes in itinere secretorum adorabilia, quæ nationibus abscondit; sed hodierna die aperit illa Gentibus; efficit, ut hæc stella in imis eorum cordibus loquatur, vel potius visibilibus hæc stella, quæ apparet in Cælo conjuncta est cum invisibili stella fidei, quæ illuminat eorum animas, & illis ostendit, verum Deum, qui solus adorari meretur, expectare eorum obsequia in loco, ad quem hoc sydas illos adducit. Si fides eorum ita fortis fuit, cum viderint novam hanc stellam coruscare, ut venerint ab extremo Oriente novum hunc Regem adoraturi; quod incrementum lucis accepit illa ex JESU CHRISTI præsentia? *Idem.*

Epiphaniæ Mysterium Dico hinc gloriosum.

Epiphaniæ Mysterium Dico hinc gloriosum.

Epiphaniæ Mysterium Dico hinc gloriosum.

Cum Salvator esset adhuc infans, & elinguis, natus in stabulo, & postius in præsepio, & nihil de illius Divinitate loqueretur præter specum, palæas, duo animalia; quid prodelle poterat alienigenis Regibus doctis, acque sapientibus fateri illum tamquam Deum suum, & veluti talem adorare, ac pro tali prædicare in ditione sua, immo etiam se obistere mortis periculo in Herodis aula, dum recens natum querebant Judæorum Regem, ut sua illi præstarent obsequia? Hoc tamen fecerunt, & quamvis essent Reges, tamen se eidem vestigales professi sunt, & subditis Regis hujus per divinitatis unicum dedicati. Quomodo autem fieri potuit, ut tres hujus generis Principes consilium adeo inauditu caperent, nisi novitatem causam, quæ evocabatur, hoc fuisse promeritam? Sed quoniam, uno Dei Filio excepto, mereri poterat, ut Reges ex plaga adeo femora tot inter pericula, & cum tot laboribus, ipsi sese in persona conferrent illum adoraturi? Etiam si in eo statu esset, ubi secundum naturam non poterat quidem cognoscere illum obsequii genus quod sibi offeratur. Dicendum profecto est, vel Principes adorantes non esse Magos: nam si hic non aliis esset, nisi vulgo puer, sapientes minime sunt illi, qui de longe accesserunt, ut adorarent illum in statu tam paupere; quandoquidem illi agunt, quod stultum videri potest; si infans est vere Deus, illi, qui ita illuminati fuerunt, ut cognoscerent ejus divinitatem subintuentis adeo contemptibilibus, profecto homines sunt non solum sapientia omnibus numeris absolutæ, quæ per ætatem, & rerum experientiam maxima adquiri possunt; sed etiam cælius afflari; ut inauditu hujusmodi factum agrediantur, ubi nulla cernitur rationis species; & quod locum tribuit, ut Mylterium hoc Epiphaniæ vocarent, videlicet Dei-hominis manifestatio, qui non potuit insignibus præbere divinitatis suæ argumentum, quam efficiendo, ut illum coniterentur, & prædicarent Reges, qui fuerant tamquam primi ejus Apostoli, quia factum hoc omnino divinum est. Argumentamini igitur donec vobis placuerit; quo magis id meditatimini, eo clarius videbitis, fuisse impossibile, ut puer in eo statu oporteret post se, tantofque honores a Regibus, nisi vere Deus extitisset. *Ex collationibus Auctoris de Magnalibus JESU, editis a Pare de Argoutano ex Capucinarum familia.*

Que vestra sententia est de hoc Miraculo, Christi-fideles? Nondum ne vobis persuasum est, divinum hunc puerum esse verum Deum, qui sua potentia creavit vos, & qui de industria de Cælo descendit, ut per misericordiam suam vos redimeret? que est stupiditas vestra, quos adeo parum movet horum Regum exemplum, ut vos quoque, sicut illi cultum vestrum adhibeatis? Si ex eorum sequela fuisset, idem quod illi operari fuisset; sed in præsentiarum quid nobis faciendum est, nisi pietatem eorum ac zelum probare, & imitari? Etenim quid faciendum est Christianis, qui norant eundem JESUM CHRISTUM, qui tunc aderat in Bethleem auro, nunc in altaribus nostris adesse? Quid ne hunc quidem levissimum laborem sustinere vultis, ut ab ædibus vestris ad Ecclesiam vosmet conferatis, ut præsteris illi obsequium, quod debetis; cum Reges ab extremis Orientis oris venerint illum in stabulo adoraturi? Vos, Christiani, qui in magna fidei luce versamini, quam pietas sexdecim seculorum, & ultra, & lumina tot millium Doctorum confirmavit; vos non agnoscentis illum in majestate Templi sui, postquam Reges, qui illum nondum ab ullo adorari consueverant, illum colere in præsepio jaecentem? Hæc! Immaniam tandem magnos hosce Reges, qui ad Salvatoris præsepio procidentes vobis præbent exemplum perfectissimæ, & obsequiosissimæ adorationis. *Idem.*

Primum Miraculum, quod JESU CHRISTI gratia in Magis operata est, fuit illis abstulisse Mundi sapientiam, quæ coram Deo mera stultitia est, ut Apostolus loquitur, ad replendam mentem eorum sapientia prorsus divina, quam Mundus stultitiam meram existimat. Gratiæ nihil in illis reliquit rationis superbiæ, quæ non aliud est, nisi sors errorum, & infidelitatum; quemadmodum innotuit ex Philoiphis, qui cum tota sapientia sua non alii fuerunt, quam blasphemi, ubi loqui voluerunt de Deo, vel stulti, cum se sapientius loqui existimaverunt: *Discites se esse sapientes, stultes facti sunt.* (*ad Rom. 1.*) Sed dici non potest, fallacem sapientiam, quæ se non subiecit Deo, in Sanctis his Regibus inveniri, quippe videmus illos in stabulo adorare infantem Deum, & divinam Majestatem sibi ipsius infirmitatis integram conferri. Miraculum hoc supererem et, & proficere non potest nisi ab illuminata Sapientia, quæ omnes supera, humanas ratiocinationes, & quæ omnino subiecit & captivat mentem luminibus fidei, *Sapientiam in Sermonis de Epiphaniæ.*

Abiectionem de quo nemo potest ambigere.

Quomodo Salvatorem ad Regum horum excessum illum adoratione adverte- mus.

Sapientem hinc ab omnibus clare sapientiam Mundi, ut apparet Majestatem Dei sub infantis infirmitate.

MYSTERIUM INFANTIS,

ET ABSCONDITÆ VITÆ SALVATORIS.

MONITUM.



MYSTERIUM, quæ pertinent ad personam Salvatoris Mundi, accensemus tempus Infantiae ejusdem, & vitæ, quam absconditam dicimus; re enim vera magnum est Mylterium Deus Infans; & quod non est minus admirabile, hoc est quod postquam manifestavit Natiuitatem suam Pastoribus, & Magis Regibus per insignia prodigia, & postquam illis locum, atque tempus comotavit, deinceps tot annos delitavit ignotus, atque in ea caligine, quæ efficere poterat, ne deinceps amplius agnosceretur ab iis, qui illum præstolabantur, & ob oculos quorundam versabatur.

Non ideo tamen dixerim eo temporis intervallo nihil accidisse notandum; quandoquidem ejus in Templo Præsentatio, in Ægyptum fuga, secessus, & ad triduum absentia, cum in Templo reperitus est, Doctores audiens, atque interrogans, baptizatus est, & septuaginta dierum quadragesima in deserto, facta sint ita comotata, ut totidem Mylteriorum locum vellent obtinere. Verum cum harum rerum nullam peculiarem severitatem instituat Ecclesia, excepta Præsentatione in Templo, quam cum Deiparæ purificatione permiscet; unice immorabimur in Mylterio Infantiae illius, a qua initium facit vitæ ejus absconditæ, quæ usque ad trigésimum ejusdem ætatis annum protrahitur. Si hoc Mylterium, vel hæc pars vitæ Salvatoris non æque venisset, ac alie; tamen reliquis aptior est ad erudiendum, & mores informandos; quandoquidem in Dei-hominis exemplo docet praxim virtutum, & institutorum, quæ mox prædicaturus est, & quorum adeo præclara nobis in Evangelio reliquit exempla.

Ceterum quævis omnes Salvatoris Mundi actiones secreta fuerint; & hæc vitæ ipsius pars vocetur abscondita, modicum illud, quod narrat Evangelicæ, nobis uberem copiam suppeditat animadversionum, & considerationum ad regendum illos præsertim, qui vitam ducunt privatam, vel quos paupertas cogit delitescere in Natiuitatis suæ, atque conditionis caligine.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Sermonum hujus argumenti Synopsis.

NONNE admirabile Mylterium est videre Filium Dei, qui humanam carnem assumentem, voluit fieri Infans, & cum posset in Mundum venire ætate prævestitori, & cum corpore perfecto, qualis in Paradiso Terrestri effectus fuit Adam Creatoris sui manu, nihilominus sese demiserit usque ad primæ ætatis humiliactiones? Mihi videtur in Incarnatione sua Deum tria habuisse peculiaritæ confilia, quæ mox perfectissime in pueritia adimplevit. 1. Voluit semet humiliare, & ut Apostolus loquitur, se exinanire; ideoque se omnibus modis hujus infirmitatibus subiecit. 2. Voluit amari; ideoque formam inducit rusticitatis suavissimi, ut amorem nostrum sibi suis illecebris conciliaret. 3. Voluit esse mortalibus exemplo, ideoque ea in ætate præstulit virtutes omnes, quarum illos efficere voluit imitatores. Hæc est Sermonis partitio.

¶ Pars prima. Sicut primum hominis crimen fuit contra Deum per superbiam insurgere, ita primum Filii Dei in Mylterio Incarnationis consilium fuit, se hominis naturam assumptam abicere, & per admirabilem humilitatis excessum separare immanem excessum humane superbiciæ. Quapropter Incarnationis suæ humilitatem hæc adiecit circumstantiam, non modicum tempus in infantis statu vixisse, ut diutius humiliactiones suæ permaneret, easque redderet perfectiores tribus abjectissimis qualitatibus, quæ in hac ætate inveniuntur, & quæ maxime adversantur tribus perfectionibus Dei, quæ ad ejus essentiam maxime referuntur; videlicet, sapientiæ, potentiæ, & summæ libertati. 1. Prima infantie qualitas est ignorantia, quæ illi inherere videtur. Verum est, Salvatorem ætate illa habuisse omnem scientiam, & rationis usum, quem perfecti hominis ætate possidebat; sed lique, infirma ætate illa visum fuisse cum omnibus signis infelicitis, & simplicitatatis, quæ in pueris aliis videtur. Hæc humilitatio propria est Mylterii infantie, & vitæ abscondite ipsius; nam in aliis vitæ suæ partibus, aliam agendi rationem secutus est, quod plane prædicationum illius eloquentia, & sermonum sublimitas testatur sunt. 2. Non minore præ se tulit infirmitatem, etenim post aliquot potentie specimen edita in ipsa Natiuitate, in infantia sua, alieno semper indiguit auxilio, ut videmus, hominem hæc in re animantium omnium infirmissimum esse, atque miserrimum; quandoquidem fati diuturno tempore sibi meti succurrere nequit, neque vitæ suo, aliisque necessitatibus foscipere. 3. Neque minus humilitatis est, utpote qui ab omnibus pender creatus, & postius est eo in statu, qui unus omnium maxime oppositus est gloriæ suæ præmæ dominationis suæ, quæ duo complectitur bona, hoc est summam libertatem quam habet per se, & auctoritatem vel imperium quod in omnia exercet creata. Utraque autem quomodocumque ad nihilum redacta est per necessitatem alieni subsidii &c. Tandem concludendum est, Verbum Carnem factum non potuisse ulterius seipsum exinanire ad hominis superbiam reparandam, quam semet ad infantis statum redigendo.

¶ Pars altera. Secundum Dei nostram fuscipientis naturam consilium est, sibi hominum amorem conciliare, & de cordis eorum duritia agere, triumphum. Sed quamvis

in aliis omnibus Mylteriis, quæ Dei-hominis personam respiciunt, amorem nostrum meritis fuerit, veluti in Natiuitate, in Sacramento, & Sacrificio Corporis, & Sanguiinis sui, in passione, & morte; nihilominus in Infantia sua præsertim existit a nobis amorem benevolentie, juxta propensionem, qua natura ipsa constitutum est, ut diligamus hanc ætatem, quæ per se amabilis est, & quæ in JESU CHRISTO omnia, quæ excogitari possunt, habebat illi-cia. Cui addendum est amor animi grati eo quod voluerit de sublimi Majestate descendere usque ad extremam humiliactionem, ut mereretur, sibi quæ nostrum conciliaret amorem, & denique amor confidentie, quandoquidem ex S. Bernardi sententia, ut nobis faciliorem præberet aditum ad se, factus est puer; & ad puerorum exemplum magis præsumptus est condonandis sceleribus nostris, quibus contra ipsum peccavimus, & aptior est ad leniendam iram Patris sui in hoc statu, & obsequium pro peccatoribus misericordiam.

¶ Pars tertia. Tertium Filii Dei in sua Incarnatione consilium fuit efficiendi se non tantum Redemptorem nostrum, verum etiam exemplum, juxta quod vitam nostram componeremus; ad quod exemplum infans fieri voluit, ut nobis præberet exemplum virtutum, quas magis imitari in-tentet nostra; alioquin ad caeleste regnum jus habere non possumus, quemadmodum ille deinceps testatur est: *Nis efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum celorum.* (*Matth. 18.*) Hæc autem virtutes quarum voluit nobis exemplum proponere in hunc se redigens statum, sunt potissimum simplicitas, & rectitudo cordis, quæ agendum est cum Deo sine dolo, & versutia ad puerorum exemplum: *Sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo labi concupiscite;* (*1. Petri 2.*) præsertim vero mansuetudo erga proximum: *Disce a me, quia mitis sum, & humilis corde.* (*Matth. 11.*) Mortum innocentia, quæ reperitur in infantibus; sed quam rarum est diu fartam tectam tueri sine ope caelesti! *Hæc est partitio Birœ, modicum infans, in sermone de JESU Infanti.*

Totum illud prolixum temporis intervallum, quod excessit a fuga Salvatoris in Ægyptum usque ad illius Baptistinum; appellatur vitæ absconditæ Salvatoris. 1. Quia toto illius temporis lapsu, celavit perfectiones omnes divinas, naturales, humanas, theandricas, & quiddid illam a reliquis secernebat hominibus; quod in priori Sermonis hujus parte ostendimus.

2. Ceterum ibi detegit virtutes, quæ Mundo erant ignotæ, & quas unicum Divini hominis exemplum poterat docere; quod erit partis alterius argumentum. Primum divinas suas perfectiones abscondit; si enim infinita ejus lauit Sapientia, sub ignorantia infantie propria, quamvis hæc ignorantia nonnisi in specie esset in illo, qui omnes sapientie, & scientiæ thesaurus possidebat... Potentia, qui deinceps maris procellæ obtemperaverunt, quæ tunc quoque omnem naturæ ordinem mutare, & subvertere poterat, fuit quomodocumque adstricta usque ad annum trigésimum, quo latuit. Summa ejus libertas obnoxia erat omnibus necessitatibus, quæ secum trahit ætas infantie, quæ omnium creaturarum rerum indiget subsidio. Denique ejus immutabilitas etiam latebat sub eodem infantie statu, qui non acquirit perfectionem corporis, & mentis, nisi prout tempus illa evolvit, solvens membra, & spiritum per experientiam atque educationem informans. Secundo virtutes

II.

res, quas hoc praesertim tempore, obscurae quidem virtutes sunt, & quae non admodum in hominum oculis illucisunt, ut alia quaedam, quae illos perfringunt; sed quae non ideo minus sunt ad salutem necessariae. Ex hoc numero sunt profunda humilitas, quae ipsi pueritia statui inhaerere videtur, quae nonnisi tamquam extrema hominis affectio videtur; obedientia, quam per totum hoc temporis intervallum praestitit sancta Mater suae, sanctoque Joseph: quae ut subjectionem exerceret per statum, & ex officio, voluit esse puer, quod significat statum obedientiae alienae voluntati, videlicet voluntati eorum, qui illi praesunt, qui in hac aetate versantur, vel qui illis vitam dederunt. Denique quod salus hominum, quia hoc tempus Infantiae, zelus plerumque in alios pueris perditum est, & inutile, Filio Dei fuit tempus recessus, & solitudinis, quod tantum abest, quod otiosum esset, & inutile; ut immo occupatum fuerit in iugi communicatione cum Aeterno Patre suo, ad agenda nostrae salutis causam, & in abolitissima mandatis ejusdem obedientia, donec illa illucederet dies, quae semet periturus erat, & munere Salvatoris hominum perfunditur.

III. Crescendum tempore esse in virtutibus, & sanctitate ad Salvatoris exemplum, de quo dicit Evangelium. *JESUS proficiebat sapientia, & aetate, & gratia apud Deum, & homines.* (Luc. 2.) Hoc fere est totum illud, quod nobis narrat Evangelium & vita, & actionibus Incarnati Verbi annorum triginta spatio, & id, quod voluit, ut ab eo disceremus, videlicet illum prout proficiebat aetate, proficisse etiam sapientiam, & gratiam coram Deo, & hominibus. Qua in re quia accuratius ad examina vocemur quomodo, & quo in sensu ille, quem penes erant omnes sapientiae, atque scientiae thesauri, poster abque in dies singulos proficere, hac est magna, & magni momenti veritas, quam homo-Deus nos suo docuit exemplo, antequam verbo doceret Christianum teneri fere virtutibus crescere, & ad perfectionis cumulandum conitari; quod in parte prioris ostendendum est: in altera vero quid faciendum est, ut incessanter proficiamus, & in dies singulos sanctiores, & perfectiores evadamus.

Quod ad priorem pertinet partem, ostendendum est. 1. Velle Deum nos in quocumque statu, & conditione simus, sanctos esse, atque perfectos. Hoc palam jubet, igitur iuncte nobis necessitatem adnitendi, ut perfectionem hanc indispicamus; neque enim adquirunt nisi paulatim, & crescendo, ac proficendo in via virtutis, & Fidelis tenetur semper crescere. *Hae sunt voluntas Dei, sanctificatio nostra.* (1. ad Thimo. 4.) 2. Ad id nos adigit istum Christianismus, & Christiani quales, facti, enim est animus advertimus ad ea, quae tanta cum sollempnitate, & gravissimo recipimus, nos abrenunciavimus pompis, vanitatibus, legibus, & placitis Mundi &c. Igitur vobis contendendum est, pugnantem, proficendum, crescendo; nulli nobis fines constituendi sunt; ut ad sublimiorem perfectionis apicem evadamus. 3. Etenim quantumvis parum in sanctitatis via fueramus gradum, natura redit in locum, quem gratia reliquerat; & qui non procedit, recedit.

Part. Altera. Asperenda sunt media, quae suppetunt nobis crescendo semper, & munus hoc nostrum obeundi. 1. Aetas, ac tempus ad id requirantur; ita enim in natura puer aliquot annorum lapsu fit vir, & item in gratia; & erupe est nos post diuturnum temporis spatium adeo parum proficisse. 2. Nutrimendum, quod necessarium est, ut anima crescat, non secus ac cibus, ut crescat corpus, quod aliquando infirmum, & languidum est, & sine illo vivere nequit. Animae autem cibus, Oratio est, pii affectus, actus interni Theologicarum virtutum. 3. Exercitium, quod non animae minus necessarium est quam corpori; & exercitii nomine intelligimus actus caritatis, opera bona, proximi virtutum.

IV. Sicuti Dei Filius venit in terram, non solum, ut nosseret Redemptor, verum etiam, ut nobis esset exemplo, consecravit tempus infantiae suae, & vitz abscondite utriusque officio. Quia de priori hic verba facimus quod est commune cum Incarnationis, & Nativitatis Mystero, immoremur in altera, quod est in prima vitz suae pueritia prototypum nostrae nobis praebuisse, & ostendamus. 1. Quomodo extremam pueritiam suae, vitzque absconditae tempore nobis christianae vitz formam proposuerit. 2. Quae nobis eo in statu exempla reliquerit. 3. Quomodo illa imitari possimus, & hoc pacto participes fieri spiritus Infantiae; & vitz suae absconditae.

V. Quamvis Evangelium silentio involverit actiones Salvatoris quodeviginti annorum vitz ipsius; dicere tamen possumus, illas quodammodo indicatas fuisse sub enigmaticis figuris aquile, serpentis, navis, & adolescentuli, quorum factetur Salomon, se vestigia assequi minime posse. Quidam etiam Interpretes eruditi, qui haec applicuerunt absconditae vitz Salvatoris, inquit, sub his quatuor figuris comprehendendi quatuor praecipuas Dei hominis occupationes hoc temporis spatio, ex quibus totidem fieri possunt Sermonis partes.

1. Via aquila in caelo exhibit nobis sublimesti volatuum contemplationis ejus, quae iugis erat, & cordis elevatumem per Orationem.

2. Via serpentis in terra nobis representat profundam illius in hoc statu humilitatem, quae detinet illum tamdiu occupatum abjectis officiis, & arti mechanica, quae nonnisi humillem personam ejusdem ideam nobis possunt adstruere.

3. Via navis in mari figura est obedientiae, quam praestabat matri, & nutrio suo; nam sicuti maxime quilibet naves sequantur morum, ac iter, quod tendit aetate per gubernaculum, similiter hic Deus-homo sinebat se regi, ac gubernari ab illis, quibus sese subiecere voluerat.

4. Via hominis in adolescentia significat admirabilem ejus modestiam, prudentiam, & sapientiam, quae in omnibus illius operibus elucebat.

Merito omne tempus illud pueritiae Salvatoris, & quod deinceps traduxit in fabri conditione, vocatur vitz abscondita Dei hominis.

1. Quia in ea abscondit omnes divinitatis suae perfectiones, quia nullum satis aptum praebet indicium suae infantiae sapientiae, & sanctitatis etiam minime vulgaris.

2. Quia abscondit in illa omnes perfectiones humanitatis suae vivens seorsum, & in solitudine, sine nomine, & sine ulla re, qua ab aliis vulgo distingueretur.

Mirum sane est videre Salvatorem a duodecim annorum aetate ad trigagesimum usque delatuisse in vitz abjectae caligine, atque ut videretur, inutilis, ignotus fere omnibus, & contemptus ab illis, quibus notus erat, & qui respiciebant illum tamquam fabri filium; quamvis interea universum lustrare posset terrarum orbem, erudire homines doctrina, coeque ad veri Dei cognitionem perducere. Sed hinc tres magnas disere possumus veritates, quas Saluator nos docet silentio, solitudine, & vitz absconditae obscuritate.

1. Prima est, perfectionem, & sanctitatem nostram nequaquam in eo esse positam, ut propter Deum magna dicamus, faciamus, pariamus; sed voluntatem ejus impleamus; & nos non posse magis glorificare Deum, quam aequi, bonique facientes impotentiam, in qua nos constituit, cum non vult ut opera nostra. Dei Filius aequae glorificabit Patrem in officina Nazareth is operibus, quibus vocabatur, ac mox Hierosolymam per admirabiles sermones, & miracula insignia, quae ibi operabatur; utrobique enim aequae gloriabatur Patris sui voluntatem. Ita illi, quos morbi, vel occupationes statui inhaerentes suos, & divinae providentiae mandata prohibebat, ne vacent civitatibus, penitentiae &c. consolari debeat, & omnem in morem abjicere, quia faciat Dei voluntatem, quod satis est.

Veritas altera, quam hic Saluator nos docet, est, vitam absconditam bonis esse uberem fontem gratiarum, & medium tutius glorificandi Deum, quam ipsum fit vitz Apostolicae genus; quippe illa in nobis enecat nitendi cupiditatem, & desiderium in pretio habendi ab hominibus, cui illi ipsi magis obnoxii sunt, qui sanctissimis occupant ministeriis, modo fiat cum aliquo nitore conjuncta; cum amor proprius jugiter suggerat nobis, quod Salvatoris consanguineis identidem illi dicebant: *Manifesta te ipsum Mundis*; (Joan. 7.) aprior eris ad efficiendum, ut Mundus Deum facilius cognoscat.

Tertia Veritas est, in vitz abscondita, & obscura non arduum esse exequi praecipua Evangelii placita, quae reliquis hominibus ignota sunt: cujuscumodi sunt humilitas, paupertas spiritus, & a terrenis rebus abalienatio. Praeterea nonne in hoc vitz statu facilius effugit occasiones, quae in crimen impellunt, perniciosas societates, objecta, quae in nefas pellicere possunt, ubi vixeris in quadam solitudinis specie procul a tumultu, & a Mundi impediuntis? De Obedientia, quam Saluator praestitit Sanctissimae Matri suae, & Sancto Joseph: *Erant subditus illis*; ut de hoc argumento sermo instituitur, ad examen revocandae sunt ad nostram doctrinam circumstantiae hujus obedientiae; nam quocumque simus in statu, superiores habemus, quibus obsequi tenemur. 1. Considerandum est, quomodo obedit, & qui se tamquam puerum sinit regi. Hic est Verbum Aeternum, increata Sapientia, ille, qui Mundum regit, & cui omnia obediunt creatura. Latius sermo potest haberi, ostendendum quanti Supremus hic Dominus fecerit virtutem hanc, quae est veluti compendium vitz, atque doctrinae suae, causa omnium laborum suorum, & secundum Apostolum Sanctum Paulum origo totius gloriae suae; quippe dedit illi Deus Nomen quod est Super omnia Nomen. (ad Philipp. 2.) Satis est dicere ipsum incepisse, & finem fecisse vitz suae per obedientiam, & noluisse, ut de triginta annis vitz suae nihil ultra innotesceret nobis, nisi illum obediuisse: *Erant subditus illis.* (Luc. 2.) Deinde nosmetipsos recogitantes, superbiham nostram, nostrumque summi libertatis amorem. Quid, nobismet dicere possumus? Deus cujus infinita Sapientia est, propter me obedientiae se subiecit; ego vero, cujus voluntas adeo corrupta est, & intellectus adeo caecus, propter Deum amorem non obediam?

VI.

VII.

2. Cui obedit? Mariae, & Joseph, iis videlicet, qui mortalibus ceteris virtutibus, & sanctitate praestabant; sed qui tamen procul aberant a luminibus, & sapientia hujus hominis-Dei. Nihilominus illis obedit eo modo, quo obediatur aeterno Parenti suo, quandoquidem illos invehatur tamquam ipsius Vicarios. Hac esse debet causa ejus obedientiae, quam praestamus illis, quos Deus nobis praefecit tamquam Superiores; cogitantes, hos Dei locum tenere, illis tamquam ipsi Deo obedientes. Labor enim, quem in obedientia experitur, hinc oritur, quod quia in Superiorum persona Deum inquamur, nullam habemus rationem nisi meriti, & naturalium qualitatuum eorum, quibus obediimus. 3. Quomodo nam hic homo-Deus obedit? Alacriter, sine mora, sine murmure, ipsam etiam Mariam, & Joseph voluntatem praeveniens: ad unquam, diligenter, quin aliquid omittat eorum, quae sibi praestitabantur: perfecte, neque satis putans si extrinsecus imperata faceret, sed se illorum voluntati subiciens, & quodammodo suam abjiciens, ut non aliam nisi Mariae, & Joseph haberet voluntatem. Commendans obedientiam suam propter gloriam, quae inde credebatur Patri suo, cujus venerabatur imperia in iis, quae sibi a superioribus suis praestitabantur. Haec sunt perfectae obedientiae conditiones, cujus Saluator dignatus est se nobis omnibus numeris absolutissimam normam praebere.

PARAGRAPHUS ALTER.

Fontes unde hauriri copia potest ad repositas Sermonum struendos exornandos, & Auctores, qui hoc argumentum pertractant.

Sancti Patres.

Sanctus Bernardus homil. in Dominica infra octavam Epiphaniae agit de Virtutibus, quas Saluator infantiae suae tempore exercuit.

3. Bonaventura in mediis. *visu Christi* cap. 15. fusus refert domestica exercitia, quibus Saluator in pueritia vacabat.

Sanctus Cyrillus in ex sancti Joannis verba: *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre* ostendit Spiritum sanctum datum fuisse sine mensura JESU CHRISTO, ideoque potuisse proficere in sanctitate.

S. Basilii Confess. *Monast. romo 2. versus finem*, ostendit Salvatorem in vitz abscondita auxilio fuisse S. Joseph, Sanctaeque Virginis in laboribus professionis eorum.

S. Joannes Damascenus *lib. 3. de Orthod.* explicat quomodo Filius Dei proficere potest gratia, & Sapientia. *Beda Domin. in ost. Epiph.* loquitur de Infantia Salvatoris Mundi.

S. Chrysostomus *homil. 20. in Joann.* refellit quaedam miracula ex apocryphis libris excerpta, quae Saluatoris infantiae referuntur accepta.

S. Gregorius Nazianzenus *orat. 20. in laudem S. Basilii*, docet quomodo intelligendum sit Salvatorem gratiam, & Sapientiam proficisse.

Suarez *de Mysteriis* quest. 37. disp. 17. agit de vitz Salvatoris in Nazareth, usque ad annum aetatis ipsius trigagesimum. Cornelius a Lapide *commentar. in Luc. 2.* ubi ad examen revocat obedientiam, quam praestitit Saluator Sanctae genitrici suae & sancto Joseph, & quomodo proficiebat gratia, & sapientia, & quidquid spectat ad tempus Infantiae, & vitz absconditae illius.

Barradius *commentar. in concord. de histor. Evangel. lib. 10. cap. 15.* refert sensum Patrum, & Doctorum de modo, quo Dei Filius crescebat gratia, & sapientia, & quid fecerit usque ad Baptismum.

